MARCUS POLUS. IOHANNES PRESBYTER. LUDOLPHUS DE SUDHEIM
15. Jh. Seite 98r
Quelle: https://manuscripta.at/?ID=32474
Copyright: Schlierbach, Zisterzienserkloster



lapidis magnus non multum muratus nec munitus
In hoc orto sunt quinque fontes virgulas ac fruti
tes balsami irrigantes et unaquaque virgula seu
frutex specialem habet custodem qui ipsas ut corpus suum
diligentissime custodit. Purificat mundat ac irri
gat. Virgula vero seu frutices ipsius balsami ad
altitudinem duorum cubitorum se extendunt habentes
folia ut trifolia in kalendis marcii tempore maturitatis
cum adveniente plus diligencius custodiuntur et ipsis
iam maturis tunc virgule et frutices ut vitis
scinduntur et vulnerantur et scissure et vulnera earum
bombice circumligantur et ex illis scissuris seu vir
gulis cum balsamus ut aqua de vite scissa stillat
in bombice vulnere virgule circumligata et sub
unaquaque virgule scissura et bombice basculum
argenteum pendet in quo stillat specialiter. Tercia tunc
temporis Soldanus babilonie assidue personaliter est
presens in orto et tam diligenter custodit quod nulli
nisi sibi ipsi una gutta balsami fieri potest aliquo
modo. Sed dum de longinquis partibus aliquorum re
gum vel principum nuncii veniunt vel legati ipsis
unicuique dat parvum vitriolum ad hoc specialiter factum
cum balsamo quod tamen pro maximo clenodia repu
tat se donasse. Preterea vero cum vero balsamo sic
exstillato tunc custodes virgularum summitates